



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Iosepham Borgiam à genuum dolore. 258

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

Kalend. ibat, vt Sacris adfisteret
 habitura hunc celeberrimo diei
 honorem; etfi cum haud exiguo
 labore. Sed ambulationis iuxta
 ac frigoris impatiens; inter estum
 crescentis doloris domum redie-
 rat. Ibi mater eam tutelæ IGNA-
 TII pietraditam, syngrapha, quã
 sæpe diximus, iustrat. Post hæc il-
 la subito valere; seseq; omni mo-
 lestia solutam comperit; cæpitq;
 haud secus prompta ambulare,
 quam si nunquam laborasset. Id
 pater professione Medicus cete-
 rique miraculum conclamant.
 Et puella cum matre ad gratias
 IGNATIO soluendas postridie ac-
 currit: inque templo, cerei ana-
 thematis monumentum ponit.

258 In eadem prouincia (Gan-
 diam nominant) Iosepha Borgia
 quantos maximos dolores per-
 petiebatur, qui genu alterum in-
 festum habebant: vt ægrè iam in-

N

cede

cederet, aut vix etiam moueretur. Huic desperatis naturæ subsidijs, in mentem venit, IGNATIVM sollicitare: cuius honori statas preculas quotidie numeraret. Vix triduum fecerat, cum nox insequens, grauiter adhuc dolentem consopijt. Tum in quiete vidit Sāctum ad se IGNATIVM accedere; hilarique & serenâ fronte, valetudinem polliceri: iniectâ denique manu omnes morbi reliquias abstergere. Experrecta fæmina, prius valere se propemodū sensit, quam sperauit. Rectaque ad nostram ædem progressa, cereum signum, ad rei testandæ memoriam, dedicauit.

259 Sed illustrius ibi facinus per mensem Nouembrem cōperimus patratum. Iosepham Castellam, annorum XL. virginem, morbus comitalis obnoxiam trahebat: iamq; ad eò omnem eius valetudinem

dine
rem
vix
tem
rem
cor
por
acp
mo
rum
sepl
noc
veh
con
red
imp
lis
qui
uit
ten
ian
se
dis
re